

tibus baptizandis: hæc memorat. Porro aut si etiã grauiſſimis delictoribus: & in deũ ante peccantibus: cum poſtea crediderint: remiſſa peccatorum datur: & a baptiſmo atq; gratia nemo prohibetur: quãto magis prohiberi non debet infans: qui recens natus nihil peccauit: niſi quod ſecundũ Adam carnaliter natus contagiũ mortis antiquæ prima natiuitate contraxit. Qui ad remiſſã peccatorum concipiendã: hoc ipſo facilius accedit: q̃ illi remittuntur non propria: ſed aliena. Et iccirco frater chariſſime hæc fuit in concilio noſtro ſententia a baptiſmo: atq; a gratia dei: qui omnibus miſericors & benignus & pius eſt: neminẽ per nos debere prohiberi. Quod cum circa uniuerſos obſeruandũ ſit: atq; retinendũ: magis circa infantes ipſos: & recens natos obſeruandũ putat: qui hoc ipſo de ope noſtra ad diuinam miſericordiam plus merent̃ q̃ in primo ſtatim natiuitatis ſuæ ortu plorantes ac flentes: nihil aliud faciunt: q̃ depræcantur. Scripſit dudum uir ſanctus & eloquẽs epiſcopus Auguſtinus ad Marcellinum: qui poſtea ſub inuidia tyrannidis Heraclianæ: ab hæreticis innocens ceſus eſt: duos libros de infantibus baptizandis contra hæreſim ueſtram: per quam uultis aſſerere: baptizari infantes non in remiſſionem peccatorũ: ſed in regnum celorum. Iuxta illud quod ſcriptum eſt in euangelio: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto: non poteſt intrare regnum cælorum. Tertium quoq; ad eundem Marcellinum cõtra eos qui dicunt idem quod uos: poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit: abſq; dei gratia. Et quartum nuper ad Hilariũ contra doctrinam tuam multa peruerſa fingentem. Alios quoq; ſpecialiter tuo nomine cudere dicitur: quod necdum in noſtras uenere manus. Vnde ſuper ſedendum huic labori cenſeo: ne dicatur mihi illud Oratii. In ſiluiam ne ligna ſeras. Aut enim eadem dicemus ex ſuperfluo: aut ſi noua uoluerimus dicere: a clariffimo ingenio occupata ſunt meliora. Hoc unum dicam: ut tandem finiatur oratio: aut nouum nos debere ſymbolum tradere: ut poſt patrem & filium & ſpiritu ſanctum baptizetis infantes in regnum cælorum. Aut ſi unum: & in parauulis & in magnis habetis baptiſma: etiam infantes in remiſſionem peccatorum baptizandos in ſimilitudinem præuariationis Adam. Quod ſi iniuſta uobis uidetur alienorum remiſſio peccatorum: qua non indiget qui peccare non potuit: tranſite ad Amafium ueſtrum qui præterita in cælis: & antiqua delicta ſolui dicit in baptiſmo: ut cuius in cæteris auctoritate ducimini: etiam in hac parte errorem ſequamini.

Remiſſa

Auguſtinus

In ſiluiam ne ligna ſeras.

Incipit tertius tractatus primæ partis de erroribus Origenis. Hactenus beati Hieronymi: de fide & contra diuerſas hæreſes ſcripta congeſta ſunt. Deinceps de unius Origenis pernicioſis erroribus & plures epiſtolæ ac tractatus ſubiiciuntur. Vbi etiam illius accuſationes contra ſectatores eius hæreſeos & apologiæ contra calũniantes eum eiufdem hæreſis continentur.

Incipit argumentum excerptum ex libro beati Auguſtini de hæreſibus.

Origeniani Origenis adamantii ſectatores: qui & mortuorum reſurrectionem repellunt: chriſtum aut creaturã & ſpiritu ſanctũ introducentes: paradifum autem & cælos & omnia alia allegorizantes. Hæc quidem de Origene Epiphanius. Sed qui eum defendunt unius eiufdemq; eſſe ſubſtantia dicunt docuiſſe patrem & filium & ſpiritu ſanctum: neq; reſurrectionem reppuliſſe mortuorum: quibus & in iſtis eum conuincere ſtudeant: qui eius plura legerunt. Sed ſunt huius Origenis alia dogmata: quæ catholica eccleſia omnino nõ recipit. In quibus nec ipſum falſo arguit: nec poteſt ab eius defenſoribus falli: maxime de purgatione & liberatione: & rurſus poſt longum tempus ab eodem malam reuolutionem rationalis uniuerſæ creaturæ. Quis enĩ catholicus chriſtianus uel doctus uel indoctus non uehementer exhorreat eam quam dicit purgationem malorum. i. etiam eos qui hanc uitam in flagitiis & facinoribus & ſacrilegiis atq; impietatibus maximis quilibet finiunt: Ipſum etiam poſtremo diabolum atq; angelos eius quibus poſt longiſſima tempora purgatos atq; liberatos regno dei luciꝫ reſtitui: Et rurſus poſt longiſſima tempora omnes qui liberati ſumus: ad hæc mala denuo delabi: & reuertit: & has uices alternantes beatitudinum & miſeriarum rationalis creaturæ ſemper fore: ſemp fuiſſe: De qua uaniſſima impietate aduerſus philoſophos a quibus iſta didicit origenes: in libris de ciuitate dei diligentiffime diſputaui.

ſcedula

Nte annos circiter .x. ſanctus uir Pãmachiũ ad me quaſdã ſcedulas miſit: quæ Origenis periarcho interpretata uolumina continerent: immo uitata. Hoc magnopere poſtulans: ut græcam ueritatẽ latina ſeruaret tranſlatio. Et ideo utrãq; partẽ ſeu bene ſeu male dixiſſet ille: qui ſcripſit abſq; interpretis patrocinio romana lingua cognoſceret: feci: ut uoluĩt: miſitq; ei libros: quos cum legiſſet exhorruit: & recludens ſcrinio: ne prolati in uulguſ multorum animos uulnerent: a quodam fratre qui habebat zelum dei: ſed non ſecundum ſcientiam ad legendum rogatus: ut traderet quaſi ſtatim reddituro: propter anguſtiam temporis fraudem non potuit ſuſpicari. Qui acceperat legendos adhibitis notariis opus omne deſcripſit: & multo celerius q̃ promiſerat: codicẽ reddidit. Eadẽq; temeritate: & ut leuius dicã ineptia: quod male ſurriperat: peius aliis credidit. Et quia difficile grandes libros ſe rebus myſticis diſputantes notarum poſſunt ſeruare compendia: præſertim qui furſtim celeriterq; dictantur: ita in illis confuſa ſunt omnia: ut & ordine in plariſq; & ſenſu careant. Quãobrem petis Auĩte chariſſime: ut ipſũ ad te exẽplar dirigã: qd' a me oli trãlatũ: & nulli alii traditũ a ſupradicto fratre puerſe editũ eſt. Accipe igit' qd' petiſti: ſed ita ut ſcias deteſtãda tibi in eis eſſe quã plurima: & iuxta ſermonẽ domini iter ſcorpiones & colubros iccedẽdũ: ut eſt illud ſtatim i primo uolũine: Chriſtũ filiũ dei nõ natũ eſſe ſed factũ: deũ patrẽ p naturã inuiſibile etiã a filio non uideri: filiũ qui ſit imago inuiſibilis patris cõparatũ patri: nõ eſſe ueritatẽ. Apud nos aut qui dei omnipotentis nõ poſſumus recipere ueritatẽ: imaginariã ueritatẽ uideri: ut maietas ac magnitudo maioris quodãmodo circũſcripta ſentiat in filio. Deum patrẽ eſſe lumen incõprehẽſibile: Chriſtũ collatione patris ſplendorẽ eſſe pparũ: qui apud pibecillitate noſtra magnus eſſe uideat: Duas ſtatuas maioris & paruulæ: unius quæ mudũ impleat: & magnitudine ſua quodãmodo

nos

inuisibilis sit: & alterius quæ sub oculis cadat: ponit exemplū: priori patrē: posteriori filiū cōparans. Deū patrē omnipotentē appellat bonū & perfectæ bonitatis. Filiū non esse bonū: sed aurā quādam & imaginē bonitatis: ut non dicatur absolute bonus: sed cū additamento pastor bonus &c. Tertiū dignitate & honore post patrē & filium asserit spiritū sanctū. De quo cum ignorare se dicat: utrum factus sit an infectus: in posterioribus quid de eo sentiret expressit. Nihil absq; solo deo patre infectū esse confirmans. Filiū quoq; minorē a patre: eo q; secūdus ab illo sit. Et spiritū sanctū inferiorē a filio: in sanctis quibusq; uersari. Atq; hoc ordine maiorē patris fortitudinē esse q̄ filii & spiritus sancti: & rurū maiorē filii fortitudinē esse q̄ spiritus sancti: & consequenter ipsius sancti spiritus maiorē esse uirtutē cæteris: quæ sancta dicuntur. Cūq; uenisset ad rationabiles craturas: & dixisset eas per negligentias ad terrena corpora esse delapsas: etiā hoc addidit. Grandis negligentia atq; desidā est: in tantū unumquēq; defluere atq; euacuari: ut ad uitia ueniens irrationabiliū iumentorū possit crasso corpore colligari. Et in cōsequentibus: quibus inqt moti disputationibus: arbitramur sua sponte alios esse in numero sanctorū: & ministerio dei: alios ob culpā propriā de sanctimonia corruentes in tantā negligentia corruisse: ut etiā in contrarias fortitudines uerterentur. Rursūq; nasci ex fine principii: & ex principio finē & ita cuncta uariari ut & qui nunc homo est: possit in alio mundo dæmon fieri: & qui dæmon est: & negligentius egerit: in crassiora corpora religetur: id est ut homo fiat. Sicq; permiscet omnia: ut de archægelo possit diabolus fieri. Et rursus diabolus in angelū reuertatur. Qui uero fluctuauerint: & motis pedibus nequaq; corruerint: subiicient omnino dispensandi & regendi: atq; ad meliora gubernandi: principatibus: potestatibus: thronis: dominationibus: & forsitā ex iis hominū constabit genus in uno aliquo ex mundis: a quo iuxta Esaiā: cælum & terra noua fient. Qui uero non fuerint meriti: ut per genus hominū reuertantur ad pristinū statū: fient diabolus & angeli eius & pessimi dæmones: ac pro uarietate meritorū in singulis mūdis diuersa officia sortientur. Ipsosq; dæmones ac rectores tenebrarum in aliquo mundo: uel mundis: si uoluerint ad meliora conuerti fieri homines: & sic ad antiquū redire principii. Ita dūtaxat ut per supplicia atq; tormenta quæ uel multo: uel breui tempore sustinuerint: hominum eruditi corporibus rurū ueniant ad angelorū fastigia. Ex quo consequenti ratione monstrari omnes rationabiles creaturas ex omnibus posse fieri: non semel & subito: sed frequentius: nosq; & angelos futuros: & dæmones: si egerimus negligentius: & rurū dæmones si uoluerint cape uirtutes: peruenire ad angelicā dignitatē. Corporales quoq; substantias penitus dilapsuras. Aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora: quod nūc est aer & cælum. Et si quod aliud corpus sincerius & purius intelligi potest. Quod cum ita sit: quid de resurrectione sentiat perspicuū est. Solem quoq; & lunā: & astra cetera esse animantia: imo quomodo nos homines ob quædā peccata his sumus circumdati corporibus: quæ crassa sunt & pinguia: sic & cæli luminaria talia: uel talia accepisse corpora: ut uel plus uel minus luceāt: & dæmones ob maiora delicta: aereo corpore esse uestitos. Omnem creaturā secundū apostolū: uanitati esse subiectā: & liberari in reuelationē filiorū dei. Ac ne quis putet nostrū esse quod dicimus: ipsius uerba ponamus. In fine atq; consumatione mundi: quando uelut de quibusdā re pagulis atq; carceribus missæ fuerint a domino animæ & rationabiles creaturæ: alias eas tardius incedere ob segnicie: alias pernici euolare cursu propter industriā. Cūq; omnes liberum habeant arbitriū: & sponte sua uel uirtutes possint capere: uel uitia: illæ multo in peiori conditione erunt: q̄ nunc sunt. Hæc ad meliorē statū peruenient: quia diuersi motus & uariæ uoluntates in utrāq; partem diuersim accipient statū: id est ut & angeli homines uel dæmones: & rurū ex iis homines uel angeli fiant. Cūq; omnia uario sermone tractasset: asserens diabolu non incapacē esse uirtutis: & tamen necdū uelle capere uirtutē: ad extremū sermone latissimo disputauit angelum: siue animam: aut certe dæmonē: quos unius asserit esse naturæ: sed diuersarū uoluntatum pro magnitudine negligentia & stultitia iumentū posse fieri: & pro dolore pœnarū & ignis ardore magis eligere: ut brutū animal sit: & in aquis habitet & fluctibus: ac corpus assumere huius uel illius pecoris: ut nobis nō solū quadrupedū: sed & piscium corpora sint timenda. Et ad extremum: ne teneret pythagorici dogmatis reus: qui asserit *μετεμψυκωσιν*: id est transmigrationem. Post tam nefandam disputationē qua lectoris animū uulnerauit: hæc inquit iuxta nostrā sententiā non sint dogmata: sed quæ sita tantum atq; proiecta: ne penitus intractata uiderentur. In secundo autē libro mundos asserit innumerabiles: nec iuxta Epicurū uno tēpore plurimos & sui similes: sed post alterius mundi finem alterius esse principii. Et ante hunc nostrū mundū: aliū fuisse mundū: & post hunc aliū fuisse futurū: & post illū aliū. Rursūq; cæteros post cæteros. Et dubitat utrū futurus sit mundus alteri mundo: ita ex omni parte consimilis: ut nullo inter se distare uideantur articulo. An certe nūq; mundus alteri mūdo ex toto indiscretus & similis sit futurus. Rursūq; post modicū: si omnia inquit ut ipse disputationis ordo cōpellit: sine corpore uixerint: consumet corporalis uniuersa natura: & redigetur in nihilū: quæ aliquando est facta de nihilo. Eratq; tēpus quo usus eius etiam necessarius sit. Et in cōsequentibus. Sin autē ut ratione & scripturarū auctoritate mōstratū ē: & corruptiū hoc iduerit icorruptionē: & mortale hoc iduerit immortalitē: absorbebitur mors in uictoriā: & corruptio in incorruptionē: & forsitā omnis corporea natura tollet e medio: in qua sola potest mors operari. Et post paululū. Si hæc nō sūt cōtraria fidei: forsitā sine corporibus aliq̄do uiuemus. Sin autē qui pfecte subiectus est christo: absq; corpore intelligit. Omnes autē subiecti sunt christo: & nos erimus sine corporibus: quando ei ad perfectum subiecti fuerimus. Et in eodem loco. Si subiecti fuerint omnes deo: omnes deposituri sunt corpora: & tunc corporalium rerum uniuersa natura soluetur in nihilū. Quæ si secūdo necessitas postularit: ob lapsū rationabiliū creaturarū rursus existet. Deus enim in certamē & luctamen animas dereliquit: ut intelligāt plenā consumatamq; uictoriā: nō ex propria se fortitudine: sed ex dei gratia cōsecutas. Et iccirco arbitror pro uarietate causarū diuersos mūdos fieri: & elidi errores eorū: qui similes sui mūdos esse cōtendūt. Et iterum.

Et iterum. Triplex ergo suspitio nobis de fine suggeritur: quibus quæ vera & melior sit: lector inquirat. Aut enim sine corpore uiuemus: cum subiecti Christo subiiciemur deo: & deus fuerit omnia in omnibus. Aut quomodo Christo subiecta cum ipso christo subiicietur deo: & in unum scedus artabuntur: ita omnis substantia redigetur in optimam qualitatem: & dissoluetur in æternum: quod purioris simpliciorisq; naturæ est. Aut certe sphaera illa: quam supra appellauimus $\alpha\pi\lambda\alpha\upsilon\eta$ & quicquid illius circulo continetur: dissoluetur in nihilum. Illa uero qua $\alpha\upsilon\tau\iota\zeta\omega\nu\eta$ ipsa tenetur: & cingitur uocabitur terra bona: necnon & altera sphaera: quæ hanc ipsam terram circumambit uertigine: & dicitur cælum: in sanctorum habitaculo conseruabitur. Cum hæc dicat: nonne manifestissime gentium sequuntur errores: & philosophorum deliramenta simplicitati ingerit christiana: Et in eodem libro. Restat ut inuisibilis sit deus. Si autem inuisibilis per naturam est: neq; Saluatori uisibilis erit: & in inferioribus nulla alia anima: quæ ad corpus descendit humanum: puram & germanam similitudinem signi in se prioris expressit: nisi illa: de qua Saluator loquitur. Nemo tollet animam meam a me: sed ego ponam eam a meipso. Et in alio loco: unde cum infinita cautione tractandum est: ne forte cum animæ salutem fuerint consecutæ: & ad beatam uitam peruenerint: animæ esse desistant. Sicut enim uenit dominus atq; Saluator quærere: & saluum facere quod perierat: ut perditum esse desistat. Sic anima quæ perierat: & ob cuius salutem uenit dominus: cum salua facta fuerit anima esse cessabit. Illud quoq; pariter requirendum: utrum sicut perditum aliquando non fuit perditum: & erit tempus quando perditum non erit. Sic & anima aliquando non fuerit anima: & fore tempus: quando nequaquam anima perseueret. Et post multum de anima tractatum hæc intulit $\nu\omicron\upsilon\varsigma$, id est mens corruens facta est anima. Et rursus: anima instructa uirtutibus mens fiet. Quod & de anima Esau scrutantes possumus inuenire: propter antiqua peccata eum in deteriori uita esse damnatum. Et de cælestibus requirendum est: quo tempore: quo factus est mundus: solis anima: uel quodcumq; eam appellari oportet: esse cœperit: sed ante quæ lucens illud & ardens corpus intraret. De luna & stellis similiter sentiamus: quæ ex causis precedentibus: licet inuitæ compulsæ sint: subici uanitati ob præmia futurorum: non suam facere: sed creatoris uoluntate: a quo in hæc officia distributæ sunt. Ignis quoq; gehennæ & tormenta: quæ scriptura sancta peccatoribus comminat non ponit in suppliciis sed in conscientia peccatorum: quando dei uirtute & potentia omnis memoria delictorum ante oculos nostros ponitur. Et ueluti ex quibusdam seminibus in anima derelictis: uniuersa uitiorum seges exoritur. Et quicquid feceramus in uita: uel turpe uel impium omnis eorum in conspectu nostro pictura describitur: ac preteritas uoluptates mens intuens: conscientia punitur ardore: & poenitudinis stimulus confoditur. Et iterum. Nisi forte corpus hoc pingue atq; terrenum caligo & tenebræ nominandæ sunt: per quod consummato hoc mundo: cui necesse fuerit in alium transire mundum: rursus nascendi sumet exordia. Hoc dicens perspicue $\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu\psi\upsilon\kappa\omicron\sigma\tau\upsilon$ Pythagoræ Platonisq; defendit. Et in fine secundi uoluminis de perfectione nostra disputans intulit: cuius in tantum profecerimus: ut nequaquam carnes & corpora: forsitan ne animæ quidem fuerimus: sed mens & sensus ad perfectum ueniens: nullosq; perturbationum nubilo caligatus: intuebitur rationabiles intelligibilesq; substantias facie ad faciem. In libro tertio hæc uitia continentur. Sin autem semel recipimus: quæ ex precedentibus causis aliud uas in honore: aliud in contumelia sit creatum: cur non recurramus ad animæ archanum: & intelligamus eam egisse antiqui: propter quod in altero dilecta: in altero odio habita sit: ante quæ in Iacob corpore supplantaret. Et in Esau placentia teneretur a fratre. Et iterum: ut autem alia animæ fierent in honore: alia in contumeliâ materia: causaruq; merita precesserunt. Et in eodem loco: iuxta nos autem ex præcedentibus meritis uas quod in honore fuerit fabricatum: si non dignum uocabulo suo opus fecerit: in alio sæculo fiet uas contumeliæ. Et rursus: uas aliud quod ex anteriori culpa contumeliæ nomen acceperat: si in præsentis uita corrigi uoluerit: in noua creatione fiet uas sanctificatum: & utile domino: in omne opus bonum paratum. statimq; subiungit. Ego arbitror posse quosdam homines a paruâ uitiis incipientes: ad tantam nequitiam peruenire: si tamen noluerint ad meliora conuerti: & poenitentia emendare peccata: ut & contrariæ fortitudines fiant. Et rursus: ex inimicis contrariisq; uirtutibus: in tantum quosdam per multa tempora uulneribus suis adhibere medicinam: & fluentia prius delicta constringere: ut ad locum transeant optimorum. Sæpius diximus in infinitis perpetuisq; sæculis: in quibus anima subsistit & uiuit: sic nonnullas earum ad peiora corruere: ut ultimum malitiæ locum teneant: & sic quasdam proficere: ut de ultimo malitiæ gradu ad perfectam ueniant consummatamq; uirtutem: quibus dictis conatur ostendere: & homines id est animas posse fieri demones. Et rursus demones in angelicam redigi dignitatem: atq; in eodem uolumine. Sed & hic requirendum: quare humana anima: nunc ab his: nunc ab aliis uirtutibus ad diuersa moueatur? Et putat quorundam ante quæ uenirent in corpore: merita precessisse: ut est illud Ioannis exultantis in utero matris suæ: quando ad uocem salutationis Mariæ indignam se confabulatione eius Elisabeth confitetur: statimq; subiungit: & e contrario paruuli: licet pene lactentes: malis replentur spiritibus: & in diuinos atq; ariolos inspirantur. In tantum ut etiam demon phytonicus quosdam a tenera ætate possideat: quos derelictos esse apud prouidentiam dei: cum nihil tale fecerint: ut istiusmodi insaniam sustinerent: non est eius qui nihil uult ab eo fieri: & omnia illius iusticia gubernari. Rursusq; de mundo. Nobis autem inquit placet & ante hunc mundum: alium fuisse mundum: & post illum alium futurum. Vis discere quæ post corruptionem huius mundi: alius sit futurus? Audi Esaiam loquentem. Erit cælum nouum: & terra noua: quæ ego facio permanere in conspectu meo. Vis nosse quæ ante fabricam istius mundi: alii mundi in preterito fuerint? Ausculta Ecclesiastem. Quid est: quod fuit? ipsum quod erit. Et quid est: quod factum est? ipsum quod futurum est. Et non est omne nouum sub sole: quod loquitur & dicat. Ecce hoc nouum est. Iam enim fuit in sæculis pristinis: quæ fuerunt ante nos. Quod testimoniū non solum fuisse: sed & futuros mundos esse testatur: non quo simul & pariter omnes fiant: sed alius post alium. statimq; subiungit. diuini

tus habitaculū & uerā requiem; apud superos æstimo intelligi. In qua creaturæ rationabiles cōmorātes ante q̄ ad inferiora descenderent: & de inuisibilibus ad uisibilia cōmigrarent: ruentesq; ad terrā: crassis corporibus idigerent: antiqua beatitudine fruebant. Vnde cōditor deus fecit eis congrua humilibus locis corpora: & mundū istum uisibile fabricatus est ministrisq; ob salutē & correptionē eorū qui ceciderunt: misit ī mundū: quibus alii certa obtinerent loca: & mūdi necessitatibus obedirent. Alii iniuncta sibi officia singulis quibusq; temporibus: quæ nouit artifex deus: sedula mente tractarent. Et ex his sublimiora mundi loca: sol & luna: & stellæ: quæ ab apostolo creatura dicuntur acceperunt. Quæ creatura uanitati subiecta est: eo q; crassis circumdata corporibus: & aspectui pateat. Et tamen non sponte subiecta est uanitati: sed propter uoluntatē eius: qui eā subiecit in spe. Et iteq; Alii uero in singulis locis atq; tēporibus: quæ solus artifex nouit: in mundi gubernaculis seruiunt: quos angelos eius esse credimus. Et post paululū. Quē rex ordinem totius mundi regit prouidentia: dum aliæ uirtutes de sublimioribus corruunt: aliæ paulatim labuntur in terras. Istæ uoluntarie descendunt. Aliæ precipitantur inuite. Hæ sponte suscipiunt ministeria: ut ruentibus manum porrigāt. Illæ coguntur ingrate: & tanto tēpore suscepto officio perseuerant. Et iteq; ex quo sequitur: ut ob uarios motus: uarii creaturæ & mundi. Et post hūc quē incolimus: alius multo dissimilis mundus fiat. Nullusq; alius diuersis casibus & profectibus: uel uirtuū premiis: uel uitiorum suppliciis: & in presenti: & ī futuro atq; in oībus & retro: & ī peiora tēporibus potest merita dispensare: & ad unū rursū finem cuncta pertrahere: ut solus conditor omnium deus: qui scit causas: propter quas alios dimittat sua perfrui uoluntate: & de maioribus ad ultima paulatim delabi: alios incipiat uilitate: & gradatim quasi manu data ad pristinū retrahere statum: & in sublimibus collocare. Cūq; de fine disputare cepisset: hæc intulit. Quia ut crebro iam diximus: principium rursus ex fine generatur: quiritur utrū & tunc futura sint corpora: an sine corporibus aliquando uiuendū sit: cū redacta in nihilū fuerint: & icorporaliū uita incorporalis esse credenda sit: qualē & dei nouimus. Nec dubiū est: quin si oīa corpora ad mundū istum sensibile pertineant: quæ appellantur ab apostolo uisibilia: futura sit uita icorporaliū incorporalis. Et paulo post. Illud quoq; quod ab eodē apostolo dicitur: omnis creatura liberabitur a seruitute corruptionis: in libertatē gloriæ filiorū dei: sic intelligimus: ut primā creaturā rationabiliū & icorporaliū esse dicamus: quæ nō seruiat corruptioni: eo q; nō sit uestita corporibus: & ubicūq; corpora fuerint: statim corruptio subsequatur. Postea autē liberabitur de seruitute corruptionis: quando receperint gloriā filii dei: & deus fuerit omnia in oībus. Et in eodē loco. Ut autē icorporaliū finē omnium rerum esse credamus: illa nos Saluatoris oratio prouocat: in qua ait: Ut quomodo ego & tu unū sumus: sic & isti in nobis unū sint. Etenim scire debemus quid sit deus: & quid sit futurus in finē Saluator: & quomodo in sanctis similitudo patris & filii repromissa sit: ut quomodo ī se illi unū sunt: sic & isti in eis unū sint: aut suscipiendum est: uniuersitatis deum uestiri corpore: & quomodo nos carnibus: sic illum qualibet materia circumdari: ut similitudo uitæ dei in fine sanctis possit æquari: aut si hoc indecens est: maxime apud eos: qui saltem ex minima parte dei sentire cupiunt maiestatem: & ingenitæ atq; oīa excedētis naturæ gloriā suspicari. E duobus alterq; suscipere cogimur: ut aut desperemus similitudinē dei: si eadem semper sumus corpora habituri: aut si beatitudo nobis eiusdem cum deo uitæ promittitur: eadem qua uiuit deus nobis conditione uiuendum est. Ex quibus omnibus approbatur quid de resurrectione sentiat: & q; omnia corpora interitura confirmet: ut simus absq; corporibus: quomodo prius fuimus: ante q̄ crassis corporibus uestiremur. Rursumq; de mundorum uarietate disputans: & uel ex angelis dæmones: uel de dæmonibus angelos: siue homines futuros esse contestans: & e contrario ex hominibus dæmones: & omnia ex omnibus sententiam suam tali fine confirmat. Nec dubium est: quin post quædam interualla temporum rursus materia subsistat: & corpora fiant: & mundi diuersitas conuertitur propter uarias uoluntates rationabilium creaturarum: quæ post perfectam beatitudinem usq; ad finem omnium rerum paulatim ad inferiora delapsa tantam malitiam receperunt: ut in cōtrarium uerterentur: dum nolunt seruare principium: & incorruptam beatitudinem possidere. Nec hoc ignorandū q; multæ rationabiles creaturæ usq; ad secundum: tertium: & quartum mundum seruent principium: nec mutationi in se locum tribuant. Aliæ uero tam parum de pristino statu amissuræ sunt: ut pene nihil perdidisse uideantur: & nonnullæ grandī ruina in ultimum precipitandæ sint barathrū. Nouitq; dispensator omnium deus in cōditione mundorum singulis abuti iuxta meritum & oportunitates & causas: quibus mundi gubernacula sustentantur: & iniantur: ut qui omnes uicerit nequitia: & penitus se terræ coæquauerit: in alio mundo: qui postea fabricandus est: fiat diabolus: principium plasmationis domini: ut illudatur ei ab angelis: qui ex ordii amiserit uirtutem. Quibus dictis: quid aliud conatur ostendere: nisi huius mundi homines peccatores: in alio mundo posse diabolos & dæmones fieri: Et rursum: nunc dæmones: in alio mundo posse uel angelos uel homines procreari: Et post disputationem longissimam: qua omnem creaturam corpoream in spiritalia corpora & tenuia dicit esse mutandam: cunctamq; substantiam in unum corpus mundissimum & omni splendore purius conuertendam: & talem qualem nunc humana mens non potest cogitare: ad extremum intulit: & erit deus omnia in omnibus: ut uniuersa natura corporea redigatur in eandem substantiam: quæ omnibus melior est: in diuinam scilicet: qua nulla est melior. In quarto quoq; libro: qui operis eius extremus est: hic ab ecclesia Christi damnanda exterserit: & forsitan quomodo in isto mundo qui moriuntur separatione carnis & animæ: iuxta operum differentiam diuersa apud inferos obtinent loca: sic qui de cælestis hierusalem: ut ita dicā administratione moriuntur: ad nostri mundi inferna descendunt: ut pro qualitate meritoꝝ diuersa ī terris possideant loca. Et iteq; & quæ cōparauimus de isto mundo ad inferna pergētes animas: iis aīabus quæ de superiori caelo ad nostra habitacula puenientes: quodāmodo mortuæ sunt: prudētī iuestigatione rimandū est: an hoc ipsū possimus etiā in natiuitate dicere

tate dicere singulari: ut quomodo quæ in ista terra nostra nascuntur animæ: uel de inferno rursum meliora cupientes: ad superiora ueniunt: & humanum corpus assumunt: uel de melioribus locis ad nos usque descendunt: sic & ea loca quæ supra sunt in firmamento alia animæ possideant: quæ de nostris sedibus ad meliora proficiant. Alia quæ de cælestibus ad firmamentum usque delapsæ sint: nec tantum fecere peccati: ut ad loca quæ incolimus truderent. Quibus dictis nititur approbare: & firmamentum: id est cælum: ad comparationem superioris cæli esse inferos: & hanc terram quam incolimus collatione firmamenti inferos appellari: & rursum ad comparationem inferiorum quæ sub nobis sunt nos cælum dicere: ut quod aliis infernus est: aliis cælum sit. Nec hac disputatione contentus: dicit in fine omnium rerum: quando ad cælestem hierusalém reuersuri sumus: aduersariæ fortitudinum contra populum dei bella consurgere: ut non sit eorum ociosa uirtus: sed exercentur ad prelia: & habeant materiam roboris: quam consequi non possunt nisi fortes primum aduersariis resistant: quos ratione & ordine: & solertia repugnandi in libro numerorum legimus esse superatos. Cui dixisset iuxta Ioannis apocalypsim euangelium sempiternum: id est futurum in cælis: tantum præcedere hoc nostrum euangelium: quantum christi prædicatio legis uetera sacramenta ad extremum intulit: quod & cogitasse sacrilegium est: pro salute demonum christum etiam in aere: & in supernis locis esse passurum. Et licet ille non dixerit: tamen quæ consequens sit intelligitur: sicut pro hominibus homo factus est: ut homines liberaret: sic & pro salute demonum deum futurum: quæ sunt illi ad quos uenturus est liberandos. Quod ne forsitan de nostro sensu putemur asserere: ipsius uerba ponenda sunt. Sicut enim per umbram euangelii umbram legis inpleuit: sic quæ omnis lex exemplum & umbra est ceremoniarum cælestium diligentius requirendum: utrum recte intelligamus legem quoque cælestem: & ceremonias superni cultus plenitudinem non habere: sed indigere euangelii ueritate: quod in Ioannis apocalypsi euangelium sempiternum: ad comparationem uidelicet huius nostri euangelii quod temporale est: & in transituro mundo ac sæculo prædicatum. Quod quidem etiam si usque ad passionem domini Saluatoris inquirere uouerimus: quæquæ audax & temerarium sit in cælo eius querere passionem: tamen si specialia nequitia in cælestibus sunt: & non erubescimus crucem domini confiteri: propter destructionem eorum: quæ sua passione destruxit: cur timeamus etiam in supernis locis in consumatione sæculorum aliquid simile suspicari: ut omnium locorum gentes illius passione saluentur? Rursumque blasphemias de filio sic locutus est. Si enim pater cognoscit filium: uideat in eo quæ nouit patrem posse eum comprehendere. Ut si dicamus artificis animam artis scire mensuram. Nec dubium quin si pater in filio: & comprehendat ab eo: in quo est. Si autem comprehensionem eam dicimus: ut non solum sensu quæ & sapientia comprehendat: sed & uirtute & potentia cuncta teneat: qui cognouit: non possumus dicere quæ comprehendat filius patrem: pater uero omnia comprehendit. Inter omnia autem & filius est: ergo & filium comprehendit: ut sciremus causas quibus pater comprehendat filium: & filius patrem non quæ comprehendere: hæc uerba subnectit. Curiosus lector in gratum utrum ita a semetipso cognoscat pater: quomodo cognoscat a filio: sciensque illud quod scriptum est. Pater qui me misit maior est omnibus ueris: esse contendit ut dicat: & in cognitione filio patrem esse maiorem: dum perfectius & purius a semetipso cognoscitur: quam a filio. *ME TEM ψΥΚΩΣΤΙΥ* quoque & abolitionem corporum: per hoc rursum sentire conuincit. Siquis autem potuerit ostendere incorporeum: rationabileque naturam: cum expoliauerit se corpore uiuere per semetipsam: & in peiori conditione esse: quando corporibus uestiebatur: in meliori quando illa deponit: nulli dubium est corpora non principaliter subsistere: sed per iterualla & ob uarios motus rationabiliu creaturam nunc fieri: ut qui iis indigent uestiant. Et rursum cum illa deprauatione lapsu se ad meliora correxerint: dissolui in nihilum: & hac semper successione uariari. Et ne paruam putarem impietatem esse eorum: quæ premisserat in eiusdem uoluminis fine coniungit: omnes rationabiles creaturas: id est patrem & filium & spiritum sanctum: angelos: potestates: dominationes: cæterasque uirtutes: ipsum quoque hominem secundum animæ dignitatem: unius esse substantia: intellectuale inquit rationabileque naturam sentit deus & unigenitus filius eius & spiritus sanctus: sentiunt angeli & potestates: cæterasque uirtutes: sentit interior homo: qui ad imaginem & similitudinem dei conditus est. Ex quo concluditur: deum & hic quodammodo unius esse substantiam: unum addidit uerbum quodammodo: ut tanti sacrilegii crimen effugeret: & qui in alio loco filium & spiritum sanctum non uult de dei patris esse substantiam: ne diuinitatem in partes secare uideatur: naturam omnipotentis dei angelis hominibusque largitur. Cum hæc ita se habeant: quæ infamia est: paucis de filio & spiritu sancto commutatus: quæ apta blasphemiam præferbant: cætera ita ut scripta sunt: protulisse in medium: & impia uoce laudasse: cum utique & illa & ista de uno impietatis fonte processerint: Aduersum omnia scribere: nec huius est temporis: & omnes qui aduersus Arrium & Eunomium Manicheumque: & diuersas scripserunt hæreses his quoque impietatibus respondisse credendi sunt. Qui ergo hos uouerit legere libros: & calciatis pedibus ad terram repromissionis pergere: nec ubi a serpentibus mordeatur: & arcuato scorpii uulnere uerberetur: legat prius hunc librum: & antequam ingrediatur uiam: quæ sibi cauenda sint nouerit.

Epistola beati Epiphani ad Ioannem hierosolymitanum per beatum Hieronymum e graeco translata: In qua se excusat quæ in monasterio beati Hieronymi incognito eo presbyterum ordinauit: ostendens se iure fecisse. Deinde illum comonet ne Origenis erroribus implicetur: quos ex ordine narrat: & detegit. XXI.

Domino dilectissimo fratri Ioanni episcopo Epiphanius. Oportebat nos dilectissime clericatus honore non abuti in superbiam: & custodia mandatorum dei & obseruatione diligentissima hoc esse quod dicimus. Si enim sancta scriptura loquitur: clerici eorum non proderunt eis: quæ arrogantia clericatus conducere nobis poterit: qui non solum cogitatione & sensu: uerum etiam sermone peccamus. Audiui quippe quæ tumeas contra nos: & irascaris: & me nitaris scribere in extremos fines terræ ut loca prouinciarum non nominem: & ubi est dei timor: qui nos debet illo tremore concutere: qui dictus est a domino: Siquis irascitur fratri suo sine causa: reus erit iudicio. Non quæ magnopere curem: si scribas quod placuerit. Scribebantur enim & epistolæ bibliarum iuxta Esaiam: & mittebantur super aquas: quæ cito cum sæculo transeunt: nihil tibi nocuimus: nihil iniuriæ fecimus: nec quicquam uiolen-